S H[...] [...] persona generalis ecclesie cantat 70
[...] hic psalmus [...] [...]uest; Quidam melius cantant. [...]
refugium nostrum. s(ed) usus optim[...] [...] deus noster; Refugia autem diuersa sunt
ciuitatum. scilicet castell[...] ceterarum munitionum. salutium & spe-
ciale refugium deus e[st] [...] inter pressuras calamitatum confugimus &
in quo ab omnibus periculis liberamur; Propterea non timebimus. quia deus est refu-
gium nostrum & uirtus; [...]cantur [...]tra. i. iudei. & ceteri per securitatem terrena
tantum [...] tantes; Transferantur [...] montes. i. domini apostoli conuertent relictis
gentium iudeis. ad profunditatem gentium; Montes enim hic in bona par-
te accipiunt; apostolos scilicet significantes; Cor autem maris. aquas propter...;
Sonuerunt. tonitruo scilicet predicationis; & Turbate sunt aque. ad pre-
dicationem scilicet eorum. ut aliter gentes commote sunt; Conturbati sunt mon-
tes. principes huius seculi & potentes. In fortitudine eius. i. in uiolentia &
constantia diuine predicationis. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei.
id est uis & inundatio gratie spiritalis consolatur leticia spiritali ecclesiam.
Sanctificauit. tabernaculum suum altissimus. i. deus pater. scilicet consecrauit; Homini
suo dedicauit ecclesiam suam. ut etiam tabernaculum suum. i. humanitatem corporis
dominici totis uirtutibus sacrauit. Deus in medio eius non commouebitur. & ideo non commoue-
bitur. i. semper in ea manebit. aeternaliter in fide sua solidabit; Adiuuabit eam deus.
uultu suo. i. ecclesiam; Mane diluculo. i. in die iudicii finita scilicet presentis seculi
nocte. quando illius uerus exorietur. qui eterni solis splendore illustret. Adiu-
uabit eam deus ecclesiam suam. segregando eam a reprobis & liberans ab illa terribili uoce ma-
ledictionis qua dicetur. Discedite a me maledicti in ignem aeternum. Conturbate sunt
gentes ad predicationem apostolorum. & inclinata sunt regna. i. humiliauerunt se ad susci-
piendam fidem christi; Dedit uocem suam. insonuit apostolica apostolica tuba. Mota est ter-
ra. i. habitatores terre. ut iudei ad credendum; Venite & uidete. credendo
non passibus corporis. sed gressibus mentis. [...] opera domini [...]